

CONSIGLIORVM
SIVE
RESPONSORVM
ROLANDI A VALLE
IVRIS CONSULTI
CLARISSIMI,
PATRICII CASALENSIS,
EQVITIS, ET IN SENATV
MONTISFERRATI PRAESIDIS
DIGNISSIMI.

LIBER PRIMVS

Nunc recens ab infinitis prope emendis, quibus scatebat, diligenter repurgatus.
Cum summarys & indice compleissimo.



V E N E T I I S.
Apud Ioannem Baptistam Somascum.
M D LXXI.

ILLVSTRISSIMO ET
REVERENDISSIMO HERCVLI
GONZAGHAE CARDINALI
MANTVAE

Rolandus à Valle
S. P. D.



O STO QAM Reuerendissime praful Vallis mea, qua amœnis
nemoribus quondam circunsepta esse solebat, fontibus or-
nata, fructibusq; clementia Pomona referta, floribus mune-
re Flora versicoloribus perlustrata, varijsq; arboribus ut
industria Atheniensis, Eumolphi amœne fulta dominante
nequitia sceleratorum à nonnullis uirtutum ignaris & in-
uidis destructa, radicitusq; adeo euulsa nostra hac etate
fuit, ut pristina illius suavitatis uix apparerent vestigia, non potui non affici
dolore, morbisq; his affligi qui teste Cicerone reliquisq; granisimis Philosophis
magis animo concipiuntur, quam corpore cernuntur, prasertim cum sole cla-
rius uiderim nonnulla doctissimorum virorum scripti dilata, incendioq; tra-
dita evanuisse, virorum inquam qui derelictis ciuitatibus & oppidis eam in
vallem se contulerunt ne à legum studio abstraherentur, more Platonis, qui
narrante diso Hieronymo procul ab urbe villam tanquam Academia locum
sibi elegit, ut libidine euitaret. Ea sanctarum legum iactura me adeò terruit,
ut prorsus decreuerim vallem tam vastam derelinquere, eamq; pascuum
tauris ac pecudibus remittere. Verum cum ipse mecum animo voluerem, quā
tum tibi ob castos mores, virtutesq; egregias que in te enitescunt debeam, ob-
q; singularem tuam benevolentiam, qua me complecteris, necnon beneficia
dignitatesq; quibus sic me ornauisti, ut paria referre desperem, ne uitium in-
grati animi, quo nullum uitium Philosophorum schola omnes detestabilius ar-
guunt, quocunque me uertam sequatur, decretum meum revocaui, ac penè re-
presi, calcaribusq; authoritatis tua, qua cum multum apud omnes ualeat,
apud me plurimum, admonitus pristina Dea hominisq; subsidium demum re-
petiui, quorum nutu, consilio, auxilio & fauore vallem ipsam pristino decorire
situarem, à quibus cum liberalissime susceptus fuerim, & admissus cum Bar-
tolo, Baldo, & ceteris legum verticibus ita versatus sum, ut centum Consilia
qua in scribi meis latebant excolenda & purganda duxerim, ut hac loco mu-
nusculi tibi uenerabundus offerrem, & dicata ederem.

Quare prudentissime Princeps, cum sacerdotio amplissimo praditus sis,
★★ desque

**CONSILIA CLARISSIMI
IVRIS CONSULTI,
DOMINI ROLANDI A VALLE,
PRIMARII SENATORIS
MONTIS FERRATI,
ET PATRICII CASALENSIS.**

S V M M A R I V M .

- 1 **V**s oritur ex facto.
- 2 **Q**ualiones prius terminari non debent, atqueam termini quasionum intelligantur.
- 3 **T**rolixitas herborum est inimica sapientibus.
- 4 **C**onsulens debet respondere ad rem, sine verborum multiloquio, sine truffis, et generalibus qua ornatus causa solent apponi.
- 5 **R**emedium l. si. C. de edic. diui. A dr. sol. non competit nisi uerbis ab inestato, sed succendentibus ex testamento in tota hereditate, uel in quota.
- 6 **O**fficium indicis pro adipiscenda possessione, non datur nisi filia uenienti, ab inestato, sed contra nu. 64.
- 7 **E**xistentia sui hereditatis idem operatur quod tabula testamendi.
- 8 **I**nserdictu quorū bonoru datur ueniētib. ab inestato.
- 9 **I**nterdiictu quorum bonorum exerceri non potest, nisi contra possidentes pro herede uel possessore.
- 10 **P**etitio hereditatis non datur nisi contra eos, qui possident pro herede, uel possessore.
- 11 **P**etitio hereditatis, & interdiictu quorum bonorum in pluribus concurrunt. & nn. 12, 13, 14, 15, & 16.
- 12 **I**nterdictu quorū bonoru agi non potest contra sequestratum necessarium, eam non posideat, nec tenetur tradere rem sequestratā, sine mandato indicis.
- 13 **R**emedium c. primi. 6. inter filiam si de feud. fac. contr. inter dom. et agn. Solum competit filia, & non npti, sed contra nu. 62.
- 14 **F**ilia, minor patre, quodcummodo dicitur quasi domina
- 15 **D**ispositio dicti c. 1. 6. inter filiam, locum habet quando filia fuit heres instituta, nouantem quando succepit ab inestato, sed contra nu. 63.
- 16 **I**tem locum habet, quando filia dicebat bona esse alodialia, & agnati feudalia, sed contra nu. 65.
- 17 **B**ona in dubio presumuntur alodialia & non feudalia, & nn. 26.
- 18 **D**ispositio dicti 5. inter filiam, locum non habet quando agnati sunt parati incōmēti probare de iuribus suis, quia tunc dicuntur legiti contradiētores.
- 19 **H**eres scriptus uigore l. fin. C. de edic. diui. A dr. non mittitur in possessionem, si adversarius paratus est incontinenti de iuribus suis edocere.
- 20 **R**emedium dicti l. fin. C. de edic. diui. A dr. est adipiscenda possessionis.
- 21 **P**ossessorum adipiscendē non excludit exceptionem proprietatis qua incontinenti probari potest, secundum

in possessione recuperanda.

- 22 **R**egula dolo facis quod restituturas es, quō procedat.
- 23 **D**ominus, qui concessit alicui feendum, & ei p. roquisit inestitutam, si ille cui facta fuit promissio inestituta illam petat: & dominus dicat ipsum commississe feloniam, quam per modo constat, modo uagatur, intendit probare, non cogitat cum inuestire.
- 24 **E**xceptio nullitatis inconvenienti probanda impedit executionem sententie.
- 25 **I**nstrumenta habens in manibus, si illa ostendit sine alia dilatione, dicuntur incontinenti probare.
- 26 **T**ertius cōparens pro intereste suo, audiēdus. s. e. cum de eo fidē facit a p̄parēter, quod declaratur un. 80.
- 27 **D**atis in possessionem impeditur, ubi causa proprietatis non esset salua, ut si ageretur de possessione alienius fortaliciū, quod nullo modo posset recuperari, uel saltu difficulter, sed sic agitur de proprietate.
- 28 **S**poliatus licet ante omnia sit restituendus, tamen id locum non habet si facta restituzione, causa proprietatis non remaneret salua, quia tunc non est facienda restitutio, quod subimitatur nn. 78. & 79.
- 29 **S**ubditi, de iure iniusti alienari non possunt.
- 30 **R**ex Francie non potest alienare una de ciuitatibus suis, innitis ciuibus.
- 31 **D**onatio urbis Romana facta per Conflantium Imperatorem beato Symphorio facta fuit cum consensu populi Romani.
- 32 **S**ubditorum magis interest esse sub supremo Dominio quam parvo.
- 33 **I**nferior Dominus in quem fit alienatio subditorum pro primo titulo quem dat illis solet illos appellaveritios suis.
- 34 **S**ubditi non debent alienari in duriorē Dominum.
- 35 **S**ubditorum non interest habere plures dominos, quod limitatur ut in nn. 105.
- 36 **P**ronicia una si adeo est magna, ut per unum Praesidem gubernari non possit, potius est dividenda, quam sint duo in eadem prouincia.
- 37 **V**asilius pro uno feudo, plures habere dominos non cogitur.
- 38 **S**ubditorum interest dominos habere presentes, cum quibus horum aliqui possint & ad eos accedere sine expensis.
- 39 **V**ascones dicunt non subesse Regi, nisi presenti.
- 40 **D**ulcius est bibere de aqua fontis, quam torrentis.
- 41 **N**eptis ex fratre, non existentibus ascendentibus, uel descendenti pastro ab inestato succedit.

D.Rolandi à Valle

23 spondetur, q̄ ille tex. probat contrarium, ut disi-
suprà in secundo fundamento huius partis. Nec
obstat, q̄ tempus mortis testatoris inspicatur in
uocandis illis de familia post nominatos, vt dicitur
in ipso tex. quia ex hoc non infertur testatoris pe-
ximitatem esse considerandam, quia ille text. si bi-
contradicet si hoc uellet, cùm immidiae uelit
proximitatem ultimi decedentis admissi ad fidei-
commissum esse inspiciendum: debet igitur text.
ipse intelligi, quod tempus mortis in eo inspicia-
tur, ut hi soli uocentur qui tempore mortis erant
de familia, sed inter eos dicendum est q̄ admittere
di ueniant qui erant proximi uocatis nominatis. Ita
Soc. Ius. consil. 126. suprà allegato. nū. 43.

Sextò non obstat. per Bar. in l. hæredes mei.
q. cùm ita, ubi non attenditur proximitas grauati,
sed testatoris, quia respondeatur, q̄ in casu illo ne-
posquo ad grauatum, erat in pari gradu cùm nepo
substituta, & sic cessante causa testatoris ab his succe-
soribus patruo ab intestato, in fideicommissaria ve-
rō substitutione per quam plures uocantur ordine
succesuio, attenditur proximitas grauati ad effec-
tum, ut admittantur eo ordine quo de iure erant
inter se adiuvicem successuri ab intestato, ad quē
testator, (ut dixi suprà) uideatur habuisse respe-
ctum, & qui ordo in casu Bar. non seruaretur, sed
peruerteretur si nepos per fideicommissum admis-
teretur. Et ideo rur. e proximitas ex parte testato-
ris inducta per hanc uerum ponderatur, quia per hoc
ordo succedentia ab intestato locum habet, quia
uterque succedit patruo secundum intentionem
testatoris, quod non esset in casu nostro si dicta
proximitas consideraretur, & ideo illa præualeat
secundum quam substituti intelliguntur uocati eu-
modo quo grauato ab intestato essent successuri.
Ita Rui. in d. consil. 203. col. pen. & in aliis locis su-
prà citatis.

Septimò nec etiam obstat. l. fi. C. de verb. signi.
24 f̄ quia verum est, q̄ illo casu ab initio, id est, ante-
quam quisquam sit admissus uocari prout erant
successuri ab intestato ipsi testatori, sed postquam

fideicommissum peruenit ad uacuum, si alium trans-
fit prout fuisset successoris grauato, ut est de men-
te glo. ibi in uers. post eos. Et similiter ex hoc pa-
tet responsio ad not. per Pau. de Cast. in d. l. fi. ubi
dixit, quod si relinquatur fratribus, q̄ primò uoca-
tur frater utrinque coniunctus sicut ab intestato
erat prius successoris testatori, quoniam res lega-
ta adhuc ad aliquem ex uocatis per fideicommissum
non peruenierat, sed ad hæredem solum, qui de il-
lis non erat. Rui. consil. 159. nū. 10. uol. 2.

25 O&t auò non obstat. l. fi. ff. ad Trebel. f̄ quia re-
spondet Soc. in d. consil. 86. quod illud est ibi, quia
substituti erant omnes pariter coniuncti ipsi testa-
tori, & sic inter illos non cedebat ordo charitatis,
quia cùm omnes essent filii testatoris, quamvis ex
diversis uxoriis, erant tamen quo ad eum in co-
dem gradu & dilectione æquales, ideo tunc omnes
per fideicommissum eodem tempore uenient. Al-
legat ad hoc l. is qui cum plures. de lega. 3. ex quo
enim dicto casu ordo affectionis & charitatis cessat,
non dicitur ordine successuio uocati, quod secus
est quando inter plures uocatos cadit ordo charita-
tis, unde tunc ordine successuio uocantur, & prout
quisque est proximior ei qui semel fuit admissus,
quia ad illum uideatur eandem charitatem habere
quam habuit ad defunctum grauatum. Et Soc. se-
quitur Rui. consil. 203. col. 11. uers. non obstat. Itē
& pro response uide etiam Rui. in consil. 159.
nū. 9. uers. nec obstat. d. l. fi. & in consil. 167. nū. 12.
& in consil. 166. nū. 6. & in consil. 191. col. pen. uersi.
non obstat. l. fin.

Nonò non obstat. l. is qui cum plures. Quia re-
spondet Soc. ubi so præ, q̄ ille tex. loquitur quando
plures uocati sunt in eodem gradu quo ad testato-
rem, & inter quos non cadit ordo charitatis & affe-
ctionis, sed in casa nostro plures existentes in di-
uersis gradibus sunt uocati, & inter quos dictus or-
do locum habere potest. Et Soc. sequitur Rui. cōs.
167. nū. 3. uers. non obstat. & Rui. consil. 203. col.
11. in fin. uersi. non obstat postrema uers. etiam
responderet alio modo. uol. 2.

L A V S D E O .

Consiliorum D. Rolandi à Valle Finis.

Registrum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z .
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo.

Omnis sunt terniones, praeter O o, qui est duernio.

